



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 51. Flavii Chisii Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. meare compulsi sunt. His victoriis  
 A. C. 1693. Galli adeo debilitati fuere, ut summo  
 Pontifice, & Suecorum Rege urgentibus, Ludovicus ad pacem fœderatis  
 offerendam proniorem sese exhiberet, ac per suum Legatum Comitem de  
 Avaux in Aula Holmiensi, & per Bon-  
 reposium in Aula Danica novas pacis  
 conditiones proponeret, quo minus ta-  
 men eæ acceptarentur, illarum ini-  
 quitas effecit: petiit enim Rex, ut ar-  
 mistitio in pacem perpetuam verso ipse  
 restitutis Friburgo & Philipopoli Ar-  
 gentoratum retineret, & munimenta  
 fortalitii Lüdoviciani, Montis Regii,  
 Trarbaci, & Henningæ destruerentur.

## §. LI.

*Flavii Chisi Cardinalis obitus.*

*Palat. fast.* Ad hunc annum refertur obitus Flavii  
*Card. t. 4.* Chisi Cardinalis patria Senensis.  
*Cornar. re-* Hic Alexandri VII. Pontificis ex Fratre  
*lat. de la* Nepos a suis Parentibus disciplina opti-  
*Cour de* mæ suæ indoli congrua institutus, a  
*Rom. Eggs* Patruo suo Cardinale Chisio tum Nun-  
*Purp. doff.* tio Apostolico in Germaniam allegato  
*p. 491. l. 6.* Coloniam venire jussus est, ut in con-  
*Old. in add.* ciliandis Christianorum Principum ani-  
*ad Ciacon.* mis suam eidem opem jungeret. Hujus  
 itineris opportunitate Flavius suum in-  
 genium excolere haud oblitus, diver-  
 sarum

sarum gentium linquas, mores & ritus Sæc. XVII.  
cognoscere sedulo intentus erat, ani- A.C. 1693.  
mumque suum ad magnas curas &  
ardua negotia adornare satagebat:  
Inde Senas reversus tam Philosophiæ,  
quam Jurisprudentiæ scientiis impigram  
navabat operam, suæ quondam Patriæ  
plurimum profuturus. Postquam vero  
ejusdem Patruus sub nomine Alexan-  
dri VII. Pontificia Thiara exornatus  
fuerat, Flavius ab eodem Romam  
accersitus, mutato connubii consilio  
sacræ militiæ nomen dedit: cumque  
morum comitate, ac consortio, sermo-  
nisque amœnitate cunctis percharus  
effet, ab eodem Pontifice Romanam  
emeruit Purpuram, quam tamen haud  
otiose gesserat; variis enim Ecclesiæ  
negotiis, efformandis literis Apostoli-  
cis, regendæ Firmanæ ac Tiburtinæ  
præfecturæ, & Legationi Avenionensi  
adhibebatur, in quibus omnibus offi-  
ciis cum singulari ingenii, providentiæ,  
atque integritatis laude, raram fidem,  
industriamque conjunxit. Exorto au-  
tem ob Cororum rixam dissidio Lega-  
tus a Latere in Franciam ablegatus,  
Ludovicum Regem summopere offen-  
sum mira dexteritate placabat; inde  
Romam redux, Præfecturam Justitiæ  
obtinuit, ac Basilicæ Lateranensis Ar-  
chipresbyteratu decoratus, Biblio-

L 3                    thecæ

Sæc. XVII. thecæ Vaticanæ curam in se suscepit:  
 A. C. 1693. unde manifestæ calumniæ arguuntur  
 illi, qui hunc Cardinalem velut labo-  
 ris impatientem, ac nonnisi voluptati-  
 bus, & sequioris sexus amoribus im-  
 plicitum traducere ausi sunt, ac pri-  
 mum postremis moralitatis suæ annis  
 præteritæ vitæ noxas seria pœnitentia  
 eluisse, scripserunt.

## §. LII.

*Francisci Mariæ Laurentii Brancati  
 de Lauria Cardinalis extrema.*

Toppi Bibl.  
 Neap.  
 Palat. tom. 5.  
 Card.  
 Journal des lis.  
 Scavans  
 pag. 23.

Hunc morte sequebatur Franciscus Laurentius Brancatus Lauria quodam Lucaniæ oppido die decima Aprilis 1693, ex pauperibus, honestissimis tamen Parentibus natus. Hic cunctis virtutibus Christiano juvete dignis, ac omni politiori literatura imbutus, anno jam ætatis suæ decimo quinto Clericalem statum profiteri statuit, atque Ecclesiæ S. Jacobi adscriptus, & clericali tonsura insignitus, ibidem per biennium sacris functionibus cum summa laude functus est, omnibusque suis coæquilibus sapientia, humilitate ac exemplo præluxit: Postea apostemate lethali correptus, ac ope D. Francisci sanatus, Nojam contendit, Ordinem S. Francisci professurus, ad quem demum susceptus, mutato